

discretionis sentimus. Ut in confessione verae sempiternaeque Deitatis, et in personis proprietas et in essentia unitas, et in majestate adoretur aequalitas. Quam laudant Angeli atque Archangeli, Cherubim quoque ac Seraphim: qui non cessant clamare quotidie una voce dicentes: Sanctus.

Communio

Amen, dico vobis, quidquid orantes pétitis, crédite, quia accipiétis, et fiet vobis. (Marc 11:24)

- 1. Exáudi, Deus, deprecationem meam, inténde oratióni meæ.**
- 2. A fínibus terræ ad te clamávi, dum anxiarétur cor meum. In petram inaccessam mihi deduc me!**
- 3. Quia factus es spes mea, turris fortitúdinis a fácie inimíci.**

Postcommunio

Quaesumus, omnípotens Deus: ut, quos divína tríbuis participatióne gaudére, humánis non sinas subiacére perículis.

Sūnui ir Šventajai Dvasiai, kad, išpažįstant tikrą ir amžiną Dievystę, būtų šlovinamas ir Asmenų skirtingumas, ir jų prigimties vienumas, ir jų lygus didingumas. Jį garbina Angelai ir Arkangelai, Cherubinai ir Serafimai; kasdien nepaliauja garsiai šlovinti, vienu balsu tardami: Šventas.

KOMUNIJA

Iš tiesų sakau jums: ko tik meldamiesi prašote, tikėkite gausią, ir tikrai taip bus. (Mk 11:24)

- 1. O Dieve, išgirk mano šauksmą, klausykis mano maldos!**
- 2. Iš žemės pakraščių šaukiuosi tavęs; mano širdžiai alpstant, tu užkeli mane ant nepasiekiamos uolos.**
- 3. Juk tu esi mano apsauga, stiprus bokštas gintis nuo priešo.**


POSTKOMUNIJA

Visagali Viešpatie, meldžiame, neleisk pavojams nugalėti mūsų, kuriems Tu leidi džiaugsmingai dalyvauti dieviškuose dalykuose.



Proprium Missæ

DOMINICA XXIII POST PENTECOSTEN XXIII SEKMADIENIS PO SEKMINIŲ



Introitus

Dicit Dóminus: Ego cógito cogitatiónes pacis, et non afflictiónis: invocábitis me, et ego exáudiam vos: et redúcam captivitátem vestram de cunctis locis

Ps. Benedixísti, Dómine, terram tuam: avertísti captivitátem Iacob. (Ier 29:11; 29:12; 29:14, Ps 84:2)

Collecta

Absólve, quaesumus, Dómine, tuórum delícta populórum: ut a peccatórum néxibus, quae pro nostra fragilitáte contráximus, tua benignitáte liberémur.

Epístola

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Philippéenses (Phil 3:17-21; 4:1-3)

Fratres: Imitátóres mei estóte, et observáte eos, qui ita ámbulant, sicut habétis formam nostram. Multi enim ámbulant, quos sæpe dicébam vobis - nunc autem et flens dico - inimícos Crucis Christi: quorum finis intéritus: quorum Deus venter est: et glória in confusióne ipsórum, qui terréna sápiunt. Nostra autem conversátio in coelis est: unde etiam Salvatórem expectámus, Dóminum nostrum Iesum Christum, qui

INTROITAS

Viešpats sako: „aš maštau ramybės, o ne skausmo mintis, šaukitės Manęs ir Aš jus išgirsiu ir sugrąžinsiu jūsų belaisvius iš visų vietų.

Ps. Viešpatie, palaiminta Tavo žemė; namo parvedi Jokūbo belaisvius. (Jer 29:11; 29:12; 29:14, Ps 84:2)

KOLEKTA

Viešpatie, meldžiame, atleisk savo tikinčiųjų nuodėmes, kad per tavo gerumą būtume išvaduoti iš nuodėmių tinklo, į kurį patekome dėl savo silpnybių.

EPISTOLĖ

Skaitinys iš šv. Apaštalo Pauliaus laiško Filipiečiams (Fil 3:17-21; 4:1-3)

Broliai, visi būkite mano sekėjai ir žiūrėkite į tuos, kurie elgiasi pagal mūsų pavyzdį. Daugelis – apie juos ne kartą esu jums kalbėjęs ir dabar su ašaromis kalbu – elgiasi kaip Kristaus kryžiaus priešai. Jų galas – pražūtis, jų dievas – pilvas ir jų garbė – gėda. Jie temąsto apie žemės daiktus. Tuo tarpu mūsų tėvynė danguje, ir iš ten mes laukiame Išgelbėtojo, Viešpaties Jėzaus Kristaus, kuris pakeis mūsų

reformábit corpus humilitátis nostræ, configurátum córpori claritátis suæ, secúndum operatiónem, qua étiam possit subiícere sibi ómnia. Itaque, fratres mei caríssimi et desideratíssimi, gáudium meum et coróna mea: sic state in Dómino, caríssimi. Evódiam rogo et Sýntychen déprecor idípsum sápere in Dómino. Etiam rogo et te, germáne compar, ádiuva illas, quæ mecum laboravérunt in Evangélio cum Cleménte et céteris adiutóribus meis, quorum nómina sunt in libro vitæ.

Graduale

Liberásti nos, Dómine, ex affligéntibus nos: et eos, qui nos odérunt, confudísti.

V. In Deo laudábimur tota die, et in nómine tuo confitébimur in saecula. (*Ps 43:8-9*)

Alleluia

Allelúia, allelúia.

De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi oratiónem meam. Allelúia. (*Ps 129:1-2*)

Evangelium

Sequéntia sancti Evangélii secundum Matthaeum (Matt 9:18-26)

In illo témpore: Loquente Iesu ad turbas, ecce, princeps unus accéssit et adorábat eum, dicens: Dómine, filia mea modo defúncta est: sed veni, impóne manum tuam super eam, et vivet. Et surgens Iesus sequebátur eum et discípuli eius. Et ecce múlier, quæ sánguinis fluxum patiebátur

vargingą kūną ir padarys jį panašų į savo garbingąjį kūną ta galia, kuria jis sau visa palenkia. Taigi, mano broliai, mano mylimieji ir išsiilgtieji, mano džiaugsme ir mano vainike, – tvirtai stovėkite Viešpatyje, mylimieji! Aš prašau Evodiją ir raginu Sintichę būti vienos minties Viešpatyje. Taip pat prašau tave, ištikimasis bičiuli, padėk joms! Jos juk darbavosi su manimi Evangelijos labui kartu su Klemensu ir kitais mano bendradarbiais, kurių vardai įrašyti gyvenimo knygoje.

GRADUALAS

Viešpatie, Tu išgelbėjai mus nuo priešų, sugėdinai tuos, kurie mūsų nekenčia.

V. Dievu mes nuolat didžiuojamės ir Tavo vardą be perstojo šloviname. (*Ps 43:8-9*)

ALELIUJA

Aleliuja, aleliuja.

Iš gelmių šaukiuosi tavęs, Viešpatie! Viešpatie, išgirk mano maldą! Aleliuja. (*Ps 129:1-2*)

EVANGELIJA

Šventosios Evangelijos pagal Matą tęsinys (Mt 9:18-26)

Anuo metu Jėzui bekalbant miniai, prisitartino vienas [sinagogos] vyresnysis, pagarbino jį ir tarė: „Ką tik mirė mano dukrelė. Bet ateik, uždėk ant jos ranką, ir ji atgis“. Jėzus atsikėlė ir nuėjo paskui jį kartu su mokiniiais. Ir štai moteris, jau dvylika metų serganti kraujoplūdžiu, prisitartino iš paskos ir

duódecim annis, accéssit retro et tétigit fímbríam vestiménti eius. Dicébat enim intra se: Si tetígero tantum vestiméntum eius, salva ero. At Iesus convérsus et videns eam, dixit: Confíde, fília, fides tua te salvam fecit. Et salva facta est múlier ex illa hora. Et cum venísset Iesus in domum princípis, et vidísset tibícines et turbam tumultuántem, dicebat: Recédite: non est enim mórtua puélla, sed dormit. Et deridébant eum. Et cum eiécta esset turba, intrávit et ténuit manum eius. Et surréxit puella. Et éxiit fama hæc in univérsam terram illam.

Offertorium

De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi oratiónem meam: de profúndis clamávi ad te Dómine. (Ps 129:1-2)

Secreta

Pro nostræ servitútis augménto sacrificium tibi, Dómine, laudis offérimus: ut, quod imméritis contulísti, propítius exsequáris.

Præfatio de ss. Trinitate

Vere dignum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Qui cum unigenito Filio tuo et Spiritu Sancto unus es Deus, unus es Dominus: non in unius singularitate personae, sed in unius Trinitate substantiae. Quod enim de tua gloria, revelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu Sancto sine differentia

palieté jo apsiausto apvadą. Mat ji pati sau kalbėjo: „Jei tik palytėčiau jo drabužį – išgyčiau“. Jėzus, atsigręžęs ir ją pamatęs, tarė: „Pasitikėk, dukra, tavo tikėjimas išgydė tave“. Ir tą pačią akimirką moteris pagijo. Atėjęs į vyresniojo namus ir pamatęs vamzdininkus bei raudančią minią, Jėzus paliepė: „Išeikite, nes mergaitė ne mirus, o miega“. Jie tik juokėsi iš jo. Kai minia buvo išvaryta, jis įžengė vidun, paėmė mergaitę už rankos, ir ta atsikėlė. Garsas apie tai pasklido po visą aną kraštą.

OFERTORIUMAS

Iš gelmių šaukiuosi tavęs, Viešpatie! Viešpatie, išgirk mano maldą! Iš gelmių šaukiuosi tavęs, Viešpatie! (Ps 129:1-2)

SEKRETA

Mes aukojame Tau, Viešpatie, garbingą auką, kad dar geriau galėtume Tau tarnauti, kad Tu užbaigtum tai, ką davei mums, Savo nevertiems tarnams.

ŠVČ. TREJYBĖS PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, visur ir visada Tau dėkoti, šventas Viešpatie, visagali Tėve, amžinasis Dieve, kuris su vienatiniu tavo Sūnumi ir Šventąja Dvasia esi vienas Dievas ir vienas Viešpats – nėra tai Asmens vienumas, bet vienos prigimties Trejybė. Juk tai, ką per tavąjį apreiškimą apie tavo garbę tikime, be jokio skirtumo pripažįstame